

L'ÉVANGILE DE JÉSUS-CHRIST
SELON SAINT MATTHIEU.

CHAPITRE PREMIER.

Généalogie de Jésus-Christ. Doute de Joseph. Il est rassuré par un ange. Naissance de Jésus-Christ.

1. Voici la généalogie de Jésus-Christ, fils de David, fils d'Abraham.
2. Abraham engendra Isaac. Isaac engendra Jacob. Jacob engendra Juda et ses frères.
3. Juda engendra Pharès et Zara de Thamar. sa belle-fille. Pharès engendra Esron. Esron engendra Aram.
4. Aram engendra Aminadab. Aminadab engendra Naasson. Naasson engendra Salmon.
5. Salmon engendra Booz de Rahab. Booz

1. Liber generationis Jesu Christi, filii a David, filii Abraham. [a *Lucæ*. 3. 31.]
2. a Abraham genuit Isaac. b Isaac autem genuit Jacob. c Jacob autem genuit Judam et fratres ejus. [a *Gen.* 21. 3. || b *Gen.* 25. 25. || c *Gen.* 29. 35.]
3. a Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar. b Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. [a *Gen.* 38. 29. I. Par. 2. 4. || b I. Par. 2. 5. *Ruth.* 4. 18.]
4. Aram autem genuit Aminadab. a Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. [a *Num.* 7. 12.]
5. Salmon autem genuit Booz de Ra.

CAP. I. — 1. *Filius David, filii Abraham.* Le but de saint Matthieu est de montrer tout particulièrement en Jésus-Christ l'accomplissement des prophéties. Il l'appelle, dès le commencement, fils de David, fils d'Abraham, parce que, d'après les prophéties, il devait être issu d'Abraham, le père et le fondateur de la nation juive, et de David, le chef de la famille royale.

5. *Obed ex Ruth.* Il n'était pas d'usage chez les Hébreux de faire figurer les femmes dans les généalogies, à moins qu'il ne s'agisse de femmes étrangères, ou d'alliances illégales ensuite régularisées. On a remarqué, que dans la généalogie de saint Matthieu, on ne voit figurer que Rahab, l'héroïne de Jéricho; Ruth, la Moabite; Bethsabée, l'épouse d'Urie, et Thamar, la belle-fille de Juda. Ces femmes étrangères et ces femmes coupables sont là pour montrer que le Christ est venu racheter les Gentils comme les Juifs et sauver surtout les pécheurs. — *Obed autem genuit Jesse.* Entre Salmon et David, il n'y a que trois générations, Booz, Obed et Jessé, et un espace de plus de 300 ans. Il est probable qu'il y a eu ici quelques personnes omises comme dans d'autres endroits de cette même généalogie (Vid. *infra*, vers. 8).

CAP. I. — 1. *Liber generationis Jesu Christi.* Quasi dicat: Liber de vita Christi; nam *toledah* apud Hebræos, græce γενεαις, significat non solum generationem, sed totum etiam vitæ cursum, et quidquid homini accidit in vita; sic *Genes.*, 6, 9, dicitur: *Noe vir justus atque perfectus fuit in omnibus generationibus suis*, id est, in omnibus partibus vitæ suæ. Vel quod verius existimo, sensus est, quasi dicat: Hæc est enarratio, sive descriptio et catalogus eorum a quibus Christus secundum carnem originem duxit. Apud Hebræos enim quælibet scriptura, licet brevis, *sepher* dicitur, id est, *liber*. — *Generations.* In singulari dictum putat D. Hieronymus, *generationis*, et non *generationum*; quia licet multas evangelista generationes numerare vellet, unam tamen quæreret Christi. Adde quod nomen γενεαις singulari numero ponitur pro plurali γενεαιων, ut *Genes.*, 5, 1, ubi hebræus dixit, *lib. generationum*; LXX verterunt, βιβλος γενεαις, *liber generationis*, eodem prorsus modo quo Matthæus hic dicit. — *Filius David, filii Abraham.* Hi duo potissimum ex Christi progenitoribus memorantur, quia illis præcipue promissio facta est Messie ex eorum semine nascituri. Abraham quidem *Genes.*, 12, 13; et 22, 18, Davidi vero II. *Reg.*, 7, 42; et I. *Paralip.*, 17, 11.

2. *Et fratres ejus.* Ideo etiam fratrum mentio fit hoc loco, quia ab hisce duodecim fratribus tribus Israel et populus omnis Judaicus prosemminatus est.

5. *Genuit Booz de Rahab.* Meretrice illa jerichuntina, quæ exploratores exceptit Hebræorum, *Jos.*, 2, 1. — *Jesse.* Qui etiam dicitur *Isai*. — *Regem.* Primum de tribu Juda. Quæres qui fieri possit ut inter Salomonem et Davidem nonnisi tres viri Booz, Obed et Jesse numerentur, cum constet trecentos sexaginta sex annos intercessisse? Respondendum non esse incredibile quatuor homines illo ævo, quo vita erat diuturnior, totum illud spatium æquasse, fierique potuit ut prolem non in adolescentia suscepissent sed senectuti jam proximi.

hab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. a Jesse autem genuit David regem. [a I. *Reg.* 16. I. *Ruth.* 4. 22.]

6. a David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. [a II. *Reg.* 12. 24.]

7. a Salomon autem genuit Roboam. b Roboam autem genuit Abiam. c Abias autem genuit Asa. [a III. *Reg.* 11. 43. || b *Id.* 14. 31. || c *Ibid.* 15. 8.]

8. Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam.

9. a Ozias autem genuit Joatham. b Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. [a II. *Par.* 26. 23. || b *Id.* 27. 9. *Ibid.* 28. 27.]

10. a Ezechias autem genuit Manassen. b Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Josiam. [a II. *Par.* 32. 33. || b *Id.* 33. 20 et 25.]

11. a Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigracione Babylonis. [a II. *Par.* 36. 1. 2.]

12. Et post transmigracionem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

13. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

14. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

15. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob.

16. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

17. Omnes itaque generationes ab

engendra Obed de Ruth. Obed engendra Jessé, et Jessé engendra David qui fuit roi.

6. Le roi David engendra Salomon de celle qui avait été femme d'Urie.

7. Salomon engendra Roboam. Roboam engendra Abias. Abias engendra Asa.

8. Asa engendra Josaphat. Josaphat engendra Joram. Joram engendra Ozias.

9. Ozias engendra Joatham. Joatham engendra Achaz. Achaz engendra Ezéchias.

10. Ezéchias engendra Manassé. Manassé engendra Amon. Amon engendra Josias.

11. Josias engendra Jéchonias et ses frères, vers le temps de la transmigration des Juifs à Babylone.

12. Et depuis cette transmigration des Juifs à Babylone, Jéchonias engendra Salathiel. Salathiel engendra Zorobabel.

13. Zorobabel engendra Abiud. Abiud engendra Eliacim. Eliacim engendra Azor.

14. Azor engendra Sadoc. Sadoc engendra Achim. Achim engendra Eliud.

15. Eliud engendra Eléazar. Eléazar engendra Mathan. Mathan engendra Jacob.

16. Et Jacob engendra Joseph, l'époux de Marie, de laquelle est né Jésus, qui est appelé Christ.

17. Il y a donc en tout, depuis Abraham jus-

17. *Generaciones quatuordecim.* Le nombre sept et le nombre trois sont souvent répétés dans les livres saints, et ce sont des nombres que tous les peuples ont considéré comme sacrés. La grande loi septenaire s'appliquait chez les Juifs aux jours, aux semaines, aux années, aux hommes, aux animaux, aux champs, aux héritages, et elle jouait un grand rôle dans toutes les généalogies. C'est ce qui fait que saint Matthieu divise la généalogie de Jésus-Christ en trois grandes séries, et chaque série en quatorze générations représentant un double septenaire.

6. *Ex ea quæ fuit Uriæ.* Scilicet uxor.

8. *Genuit Oziam.* Ex IV. *Reg.*, et II. *Paralip.*, constat Joram non genuisse Oziam immediate sed intercessisse alios tres, nimirum Ochoziam, Joam et Amasiam, qui pater fuit Ozie. Hi tres excluduntur a Christi genealogia in odium impii Achab, ex cujus semine nati sunt; III. enim *Regum*, 21, 21, comminatus illi fuerat Dominus, per Eliam se omnem ejus posteritatem deleturum, quod usque ad quartam generationem intelligendum erat, quæ in Amasia terminata est. Quemadmodum e contrario Jehu, quamvis malo regi, quia tamen Dei jussu Achab posteritatem deleuit. Deus posteritatem promisit, quæ usque ad quartam generationem pro regnaret, IV. *Reg.*, 10, 30; et 15, 12; prætermisissos autem hos reges ex semine Achab fuisse constat, quia Joram duxit uxorem Athaliam, filiam Achab, ex qua genuit Ochoziam.

11. *Josias autem genuit Jechoniam.* Qui etiam dicitur est Eliacim et Joakim. Vide dicta I. *Paralip.*, c. 3, n. 15 et 16, ubi multa de filiis Josie diximus, proposito etiam schemate genealogie eorum, et ordine quo regnarunt. — *In transmigracione Babylonis.* Instante transmigracione Babylonica; nam cum Josias genuit Joakim et fratres ejus, nondum populus Dei Babylonem migraverat.

12. *Et post transmigracionem Babylonis.* Tempore exilii, in ipsa captivitate, facta jam populi transmigracione.

16. *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ.* Licet possent matrimonia apud Hebræos copulari inter personas quæ non essent ejusdem tribus, non tamen hoc licebat cum feminæ essent heredes; tunc enim tenebantur viro nubere qui non solum ex eadem esset tribu, sed etiam ex eadem familia. Cum ergo beata Virgo nullos habuerit fratres, et paternorum bonorum hæres viro nuperit familie suæ, textens evangelista catalogum progenitorum Josephi, et illum a Davide genuisse ostendens, eadem opera B. Virginem ejusdem stirpis et familie fuisse ostendit.

17. *Omnes itaque generationes.* Omnes has generationes in tres tessaradecades divisit

qu'à David, quatorze générations; depuis David jusqu'à la transmigration des Juifs à Babylone, quatorze générations; et depuis la transmigration des Juifs à Babylone jusqu'à Jésus-Christ, quatorze générations.

18. Or la naissance de Jésus-Christ arriva de cette sorte : Marie, sa mère, étant fiancée à Joseph, avant qu'ils eussent été ensemble, se trouva grosse, ayant conçu dans son sein par l'opération du Saint-Esprit.

19. Joseph, son mari, étant juste, et ne voulant pas la déshonorer, résolut de la quitter secrètement.

18. *Cum esset desponsata.* C'est-à-dire ayant épousé Joseph. Les sentiments sont partagés sur ces deux interprétations. Mais l'expression du texte signifie proprement fiancée, et D. Calmet traduit aussi comme le P. de Carrières. La suite, dit la Bible de Venise, paraît supposer ce sens sur lequel saint Epiphane insiste particulièrement, lorsqu'il observe que le saint Evangéliste ne dit pas que la sainte Vierge eut épousé Joseph, mais simplement qu'il l'avait fiancée, parce qu'il ne l'avait pas prise pour en user comme de sa femme, mais seulement pour être le gardien de sa virginité (Epiph., *Hæres.* 78, 11, 7 et 8).

19. *Cum esset justus et nollet eam traducere.* Les fiançailles avaient chez les Juifs le même effet que le mariage et nécessitaient un divorce en cas de séparation. Joseph étant un homme juste, c'est-à-dire, droit et bon, ne voulait pas traduire sa fiancée devant un tribunal pour la faire lapider. Sa délicatesse ne lui permettait pas non plus de vivre avec elle, s'il n'était pas sûr de son innocence. Il pensait donc à lui donner un libelle de répudiation, ce qui était légal, et à s'en séparer. On croit que les fiançailles avaient été célébrées dans le mois de sébeth (23 janvier), et l'annonciation est du 25 mars.

evangelista, quod voluerit triplicem populi statum, sub iudiciis, sub regibus, sub ducibus et sacerdotibus designare. Cur autem generationum summam expresserit, duas potissimum causas afferre possumus : alteram, ita factum ut intelligeremus aliquid in ea re subsesse mysterii, nec inconsideranter præteriremus ; alteram, ne quis existimaret se errore aut oblivione tres illos reges n. 8, prætermisisset. Voluit quoque fortasse cavere ne quis posset generationes Christi seriem, aut minuendo, aut augendo numero corrumpere. — *Generaciones quatuordecim.* Ipsa etiam generatione intellecta qua Abraham genitus est. Earum ordo hic est : 1. Abraham, 2. Isaac, 3. Jacob, 4. Judæ, 5. Phares, 6. Esron, 7. Aram, 8. Aminadab, 9. Naasson, 10. Salmon, 11. Booz, 12. Obed, 13. Jesse, 14. Davidis. — *A David... generaciones quatuordecim.* Earum ordo hic est : 1. Salomonis, 2. Roboam, 3. Abie, 4. Ase, 5. Josaphat, 6. Isaie, 8. Joatham, 9. Achaz, 10. Ezechie, 11. Manasse, 12. Amon, 13. Josie, 14. Jechonias. — *A transmigratione Babylonis usque ad Christum, generaciones quatuordecim.* Earum ordo hic est : 1. Salathiel, 2. Zorobabel, 8. Abiud, 4. Eliacim, 5. Azor, 6. Sadoe, 7. Achim, 8. Eliud, 9. Eleazar, 10. Mathan, 11. Jacob, 12. Joseph, 13. Christi. In hac tessaradecade una deest generatio, ut patet. Alii aliter nodum hunc solvunt. D. Ambrosius, Epiphanius et Euthymius fatentur unam excidisse ex textu ; quæ solutio expeditissima est et simplicissima ; eamque probat et sequitur Maldonatus. Vel certe dicere possumus tessaradecades has potius esse personarum quam generationum, et ita primam tessaradecadem in Davide sic terminari, ut David sit ultima persona primæ tessaradecadis, et initium et prima persona secundæ ; eodemque modo Josiam ultimam personam esse secundæ tessaradecadis, et initium etiam primamque personam tertie ; sic enim (si Christum non numeres) singularum tessaradecadum numerus constabit.

18. *Christi autem generatio sic erat.* Quia generationem Christi cum aliorum generationibus connumeraverat, ne quis existimaret eodem modo atque alios genitum fuisse, singularem modo cum genitus est exponit sacer historicus. — *Cum esset desponsata.* In græco est, *μνηστευθεῖσα* ; verbum autem *μνηστευθεῖσα* potius significat alicui sponderi in uxorem, quam nubere, quod Græci dicunt *γαμεῖν*. Sed hoc discrimen non est perpetuum ; nam Lucas, c. 2, n. 5, eandem Mariam domum ductam a Josepho *μνηστευμένην* appellat : vocant ergo evangelistæ B. Virginem *μνηστευθεῖσαν*, non quod ducta non esset, sed quod non magis a viro cognita quam sponse, quæ nondum nuptæ sunt, ut notavit divus Chrysost. Adde proprietate aliquarum linguarum, ut italicæ, sæpe idem esse sponsam ac novam nuptam. — *Antequam convenirent.* Copularentur. Nec vero ex hoc dicendi modo colligitur eos postea convenisse : sic enim dici solet etiam de his quæ postea non fiunt, ut si dicas : Antonius, antequam pharmacum sumeret, mortuus est. Vel sensus est : antequam Joseph in domum suam Mariam introduceret, ut *το convenirent* domicilii communionem significet, non congressum maritalem. — *Inventa est.* Significatur eam ita tumido apparuisse utero, ut levius, qui modo oculis adjiceret, videre posset eam esse gravidam. — *In utero habens.* Gravidam, prægnans. — *De Spiritu sancto.* Virtute Spiritus sancti, adeoque etiam Patris et Filii ; una enim totius Trinitatis virtus. Dicitur tamen Christus et Spiritu sancto conceptus, quia solet Scriptura Spiritui sancto tribuere opera benignitatis, liberalitatis et charitatis, ut Patri opera potentie et gubernationis ; Filio autem opera sapientie. Præterea quia Christi conceptio opus fuit fecunditatis ac vivificationis ; hæc autem opera Spiritui sancto tribuuntur : sic Genes., I, 2, legimus : *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, et Joan., 6, 64, dicitur : *Spiritus est qui vivificat* ; et Psalm., 103, 30 : *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur : et renovabis faciem terræ*.

19. *Justus.* Perfectus, seu eximia probitate, quasi dicat : Cum ea esset virtute ut neminem læderet. — *Traducere.* In græco est, *παραδειγματισαί*, id est, publico exemplo puniendam curare, proplalare, infamare, ignominiose accusare, ad verbum *exemplare*, ut vertit Au-

20. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens : Joseph filii David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

21. Pariet autem filium : et a vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. [a Lucæ. 1. 31. Actor. 4. 12.]

22. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem :

23. a Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus EMMANUEL, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. [a Isai. 7. 14.]

24. Exurgens autem Joseph a somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, et accepit conjugem suam.

25. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum : et vocavit nomen ejus JESUM.

20. Mais lorsqu'il était dans cette pensée, un ange du Seigneur lui apparut en songe, et lui dit : Joseph, fils de David, ne craignez point de prendre avec vous Marie, votre épouse ; car ce qui est né en elle est l'ouvrage du Saint-Esprit :

21. Et elle enfantera un fils à qui vous donnerez le nom de Jésus ; parce que ce sera lui qui sauvera son peuple, en le délivrant de ses péchés.

22. Or tout ceci s'est fait pour accomplir ce que le Seigneur avait dit par le prophète, en ces termes :

23. Une vierge concevra, et elle enfantera un fils, à qui on donnera le nom d'EMMANUEL, c'est-à-dire Dieu avec nous.

24. Joseph s'étant donc éveillé, fit ce que l'ange du Seigneur lui avait ordonné, et prit sa femme avec lui.

25. Et il ne l'avait point connue quand elle enfanta son fils premier-né, à qui il donna le nom de Jésus.

20. *De Spiritu Sancto est.* Il n'y avait que Dieu qui pût rendre témoignage de ce prodige. Et il fallait qu'un ange le révélât à Joseph pour que Joseph en fût convaincu. Devant la parole de Dieu, ses doutes cessent, et il donne la preuve de sa conviction et de la réalisation de ce prodige en prenant pour épouse celle qu'il voulait auparavant répudier. Saint Matthieu nous montre là l'accomplissement de l'un des grands oracles d'Isaïe qui avait annoncé ce miracle en disant : Qu'une vierge enfanterait l'Emmanuel sans cesser d'être vierge.

25. *Primogenitum.* Le premier-né ne signifie pas l'ainé, mais seulement celui qui vient au monde le premier. Chez les Juifs, les premiers-nés formaient une classe à part. Ils avaient des prérogatives particulières, soit qu'ils fussent uniques soit qu'ils eussent des puînés. Tous les premiers-nés appartenaient au Seigneur ; ils devaient être présentés au temple et rachetés (Numer., X, 15-16 ; Exod., XIII, 13). C'est à cette loi que l'expression de l'Evangéliste fait allusion.

gustinus, epist. 59. — *Voluit occulte dimittere eam.* Non judicavit Josephus Virginem ex adulterio concepisse ; sed unde, aut quomodo concepisset, dubitavit, et quia non ex se concepisse certo sciebat, dimittere voluit, in aliquam aliam regionem proficisci cogitans. * Fortasse existimavit Mariæ vim illatam, atque ita absque illius peccato gravidam esse.

20. *Cogitante.* In græco est, *ἐπιθυμῶντος*, cum hæc cogitasset. — *Fili David.* Vocat filium David, ut in memoriam illi revocet promissionem Davidi factam de Christo ex semine ejus nascituro. — *Natum.* Conceptionem, genitum.

21. *Ipsæ enim salvum faciet populum.* Ratio redditur cur Jesus sit appellandus, quod nomen salvatorem significat.

22. *Hoc autem totum.* Quod sancta Virgo conceperit, quod Jesus infans nondum natus appelleretur. — *Ut adimpleretur.* Particula ut causam hoc loco significat ; nam multe conceptionis Christi ex Virgine causæ tuere, videlicet hominum redemptio, Dei singularis misericordia, justitia, amor, facta patribus promissio, et quæ hoc loco indicatur Scripturarum Christum prænuntiantium adimpletio. — *Per prophetam.* Isaiam, c. 7, n. 14.

23. *Virgo in utero habebit.* Virgo concipiet, nullum virginitatis detrimentum passa. — *Vocabunt nomen ejus.* Christus non unum tantum habuit nomen, sed plura, et ea maxime quæ illi tribuuntur ab Isaia, cap. quidem 9 : *Admirabilis ; Consiliarius, etc.* ; capite autem 7, *Emmanuel* ; dictus est autem Jesus, quia hoc illi nomen inditum est in circumcissione. — *Emmanuel.* Quæ vox composita est ex præpositione *him*, cum, et ex pronomine *nu*, id est, nobis, et ex nomine *el*, id est, Deus, quasi dicat : *Cum nobis Deus*, vel. *Nobiscum Deus* : est autem Deus nobiscum, non solum quia auxilium præstat et peccata dimittit, quomodo etiam cum antiquis Judæis erat ; sed quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Joan., 1, 14.

24. *Exurgens.* Græco, *διεγερθεῖς*, expergefactus, excitatus a somno. — *Fecit sicut præcepit ei angelus.* Timore et suspicionibus ablegatis, alio abeundi cogitationem deposuit. — *Accepit conjugem suam.* Cum illa habitavit.

25. *Donec peperit.* Non significatur postea cognovisse : sic Genes., 8, 7 dicitur corvus non reversus donec siccarentur aquæ, qui tamen nunquam reversus est ; sic II. Reg., 6, 23, dicitur Michol non habuisse filios donec moreretur. — *Primogenitum.* Non quod post eum alius, sed quod nemo ante illum. — *Vocavit.* Scilicet mater.

CHAPITRE II.

Adoration des mages. Fuite de Jésus en Egypte. Meurtre des enfants de Bethléem par Hérode. Retour de Jésus de l'Egypte.

1. Jésus étant donc né dans Bethléem, ville de la tribu de Juda, au temps du roi Hérode, voici que des mages vinrent d'Orient à Jérusalem,

2. Et ils demandaient : Où est le roi des Juifs? car nous avons vu en Orient son étoile, et nous sommes venus l'adorer.

1. a Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, [a Lucæ. 2. 7.]

2. Dicerent : Ubi est qui natus est rex Judeorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum.

CAP. II. — 1. *Ecce magi ab Oriente venerunt.* On ne sait pas d'où venaient les mages. Les uns veulent qu'ils soient venus de Perse, parce que ce pays est directement à l'est de la Judée, et que les mages y jouent un grand rôle; les autres de Chaldée, à cause des connaissances astronomiques qu'on leur suppose; d'autres enfin de l'Arabie, à cause de la nature des présents qu'ils apportaient. Le Psalmiste avait dit : Les rois de Tharsis et des îles lui offriront des présents; les rois de Saba lui apporteront des dons (Ps. LXXI, 10), et on retrouve dans Isaïe à peu près les mêmes expressions (Is., LX, 3, 6).

2. *Vidimus enim stellam.* Cette étoile annoncée par Balaam devait être, de l'aveu des Juifs et des Gentils, le signe de l'avènement du Rédempteur. Les faux messies usurpent ce nom, et s'appellent les fils de l'étoile. Les pharisiens demandent au Seigneur un signe dans le ciel comme preuve de sa mission. Le Talmud de Babylone rapporte, qu'à l'époque de l'avènement du Christ, un grand nombre de Gentils se rendirent à Jérusalem, pour voir se lever l'étoile de Jacob. Le pseudo Zoroastre, dans ses *Oracles magiques*, affirme « que la Vierge enfantera un saint, dont l'apparition sera annoncée par une étoile. » La Sybille chaldéenne annonce une lutte des astres, et le triomphe d'une nouvelle étoile qui préludera à la chute du sabéisme des mages. C'est ce qui fait que quand les mages parlèrent de l'étoile du Messie, ils ne causèrent aucun étonnement dans Jérusalem.

CAP. II. — 1. *In Bethlehem.* Natus est in Bethlehem, quia ibi nasciturum Michæas prædixerat, c. 5, n. 2, et oportebat eum ex natali solo probare se eum esse ducem de quo propheta loqueretur. Deinde, quia eodem loco natus erat David, I. Reg., 16, 1; et 17, 12, cujus ipsi successor, et restaurator regni veniebat, oportebatque inde de radice Jesse florem ascendere, ubi erat radix. — *Juda.* Est enim alia Bethlehem in tribu Zabulon, Josue, 19, 15. — *In diebus Herodis.* Hebraismus; tempore Herodis. Tres fuerunt Herodes: primus, qui Ascalonita, Magnus, vel Antipater dictus est, et de hoc loquitur evangelista hoc loco. Secundus, qui tetrarcha Galilæe fuit, et Antipas dictus est, fuitque Ascalonite filius: hic secundum Joannem Baptistam interemit, Christum irrisit. Tertius Jacobum occidit, Petrum vinxit, Actorum 12, 2; fuit autem non Antipæ filius, sed Aristobuli filii Herodis Ascalonite. * Notat evangelista tempus Herodis regis alienigenæ, ut intelligatur tunc Christum Messiam natum, cum juxta Jacob prophetiam, Genes., 49, 10, ablatum a Judeis sceptrum ad extraneos transiit. — *Regis.* Ut distinguatur a tetrarcha. — *Magi.* Sapientes apud Persas magi dicebantur, quo sensu etiam evangelistam hanc vocem usurpasse probabilissimum est, et quia ab oriente venerunt, ubi celebre magorum nomen erat, et quia stella sunt ducti, quasi homines qui astrorum contemplatione delectarentur, in qua omnis tunc magorum sapientia versabatur; quare evangelista honoris causa magos videtur appellasse: alioqui nemo nescit magi nomen incantatoribus etiam, prestigiatoribus et maleficis tribui. Reges fuisse multi et graves Patres tradiderunt, Athanasius, Nazianzenus, Chrysostomus, Theophylactus, Cyprianus, Tertullianus, Hieronymus, Isidorus et alii, et veteres picture ad stipulantur, receptaque passim opinio inter christianos; ut etiam tres fuisse quorum nomina Gaspar, Melchior, Baltassar. — *Ab Oriente venerunt.* Ex regione que comparatione Judæe erat Orientalis; neque enim significatur ab extremo Oriente venisse. Probabile est regionem hanc Arabiam fuisse, quod ex illo etiam Psal. 71, 10, probari potest: *Reges Arabum et Saba dona adducent;* et ex illo Isa., 60, 6: *Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes.* Alii tamen putant ex Perside, alii ex Mesopotamia, alii ex Chaldæa venisse. Nihil certi statui potest. — *Venerunt.* Decimo tertio die post natum Christum. — *Hierosolymam.* Postulabat enim ratio ut qui regem natum querebant, in regiam civitatem venirent: factum etiam est divino consilio ut venirent Hierosolymam, partim ut Judæi inexcusabiles essent, ut ait D. Hieronymus, partim ut prius a gentibus quam a Judeis Christus rex natus annuntiaretur, ne Judeorum de suo rege nato testimonium suspectum haberetur.

2. *Ubi est qui natus est rex Judeorum?* Existimant Herodi et Judæis novi regis ortum locumque nativitatis notum esse, totamque Hierosolymam propterea exultare. Ideo fidenter et sine timore interrogant. — *Vidimus.* Eo die quo Christus natus est, et deinceps. — *Stellam.* Similitudinem stellæ, quales sunt comete. — *Ejus.* Indicem nativitatis ejus. Nec tamen ex sola stellæ apparitione Christum natum esse cognoscere poterunt, sed addita revelatione illis facta, aut inspiratione divina, aut certe ex prophetia Balaam, Numer., 24, 17; *Orietur stella ex Jacob.* Magos enim aut ex posteris Balaam fuisse, aut ex ejus posteris, qui vicini erant, eam prophetiam et traditionem accepisse, multi gravesque auctores existimant. — *In Oriente.* Sensus est stellam apparuisse in Oriente, ubi ipsi erant; non autem ipsos in Oriente existentes, stellam que esset in Occidente, vidisse. — *Venimus adorare eum.* Non solum ut hominem urbanitatis causa, sed ut majorem homine, et Deum.

3. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo.

4. Et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabat ab eis ubi Christus nasceretur.

5. At illi dixerunt ei : In Bethlehem Judæ. Sic enim scriptum est per Prophetam :

6. a Et tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda : ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. [a Mich. 5. 2. Joan. 7. 42.]

7. Tunc Herodes, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.

8. Et mittens illos in Bethlehem, dixit : Ite, et interrogate diligenter de puero : et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum.

9. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedeat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer.

10. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde.

11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et proidentes adoraverunt eum : a et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. [a Psal. 71. 10.]

3. Ceci étant venu à la connaissance du roi Hérode, il en fut troublé : et toute la ville de Jérusalem avec lui ;

4. Et ayant rassemblé tous les princes des prêtres, et les scribes du peuple, il s'enquit d'eux où devait naître le Christ.

5. Ils lui dirent : Dans Bethléem de la tribu de Juda, selon ce qui avait été écrit par le prophète :

6. Et vous, Bethléem, terre de Juda, vous n'êtes pas la moindre entre les principales villes de Juda; car c'est de vous que sortira le chef qui doit conduire mon peuple d'Israël.

7. Alors Hérode ayant appelé les mages en secret, s'enquit d'eux avec grand soin du temps auquel l'étoile leur était apparue ;

8. Et les envoyant à Bethléem, il leur dit : Allez, informez-vous exactement de cet enfant; et lorsque vous l'aurez trouvé, faites-le-moi savoir, afin que j'aie aussi moi-même l'adorer

9. Les mages ayant entendu ces paroles du roi, partirent; et en même temps l'étoile qu'ils avaient vue en Orient allait devant eux, jusqu'à ce qu'étant arrivée sur le lieu où était l'enfant, elle s'y arrêta.

10. Lorsqu'ils virent l'étoile, ils furent transportés d'une extrême joie.

11. Et entrant dans la maison, ils trouvèrent l'enfant avec Marie, sa mère; et se prosternant en terre, ils l'adorèrent; puis, ouvrant leurs trésors, ils lui offrirent pour présents de l'or, de l'encens, et de la myrrhe.

3. *Herodes rex turbatus est.* Hérode était arrivé au trône par une usurpation, il savait qu'il n'était qu'un étranger parmi les Juifs, qu'ils attendaient un libérateur, et qu'ils espéraient que ce roi nouveau les soustrairait à la domination étrangère. Il dut donc craindre d'être dépossédé de sa puissance, et toute la ville se supposant à la veille d'une révolution, dut s'agiter, puisque, dans ce cas, chaque parti avait ses craintes et ses espérances.

6. *Et tu Bethlehem.* Cette réponse prouve que d'après les prophètes, on savait non-seulement l'époque de la venue du Messie, mais exactement le lieu où il devait naître.

9. *Et ecce stella quam viderant in Oriente.* Bethléem n'est qu'à deux lieues de Jérusalem. Sur le chemin on trouve encore aujourd'hui le *Puits des Trois-Rois*. C'est là que l'étoile apparut de nouveau aux mages, et les combla de joie.

11. *Et intrantes domum.* Cette expression a fait croire que les mages n'adorèrent pas Jésus dans la crèche, et qu'ils ne vinrent à Bethléem qu'un certain temps après la naissance de l'enfant. Dans cette hypothèse, après la purification, la sainte famille serait retournée à Na-

4. *Principes sacerdotum.* Primarios, et velut capita, et qui doctores habebantur in lege. — *Scribas.* Doctores, seu legis peritos, ut vocat D. Lucas, 7, 30, quorum munus erat sacras Scripturas incorruptas servare, earumque sensum interpretari. — *Ubi Christus nasceretur.* Est hebraismus; ubi nasciturus esset.

5. *Prophetam.* Michæam, c. 5, n. 2.

6. *Terra Juda.* Ita dicitur ut distinguatur ab alia Bethlehem, quæ erat in tribu Zabulon, ut supra notavimus, n. 1. In textu Michæe est; *Et tu, Bethlehem Ephrata,* id est, quæ prius Ephrata dicebatur. — *Nequaquam minima es.* Contrarium videtur dici in textu Michæe, in quo habemus, *parvulus es;* sed D. Matthæus sensum et scribarum interpretationem reddidit; est enim, sententia: parvula quidem es, si cum aliis majoribus et frequentioribus oppidis conferas; at si spectetur princeps qui ex te nascetur, non es parva, sed illis major. * Aliqui legunt per interrogationem, hoc modo: Tunc Bethlehem minima sis in censu familiarum tribus Juda? imo vero ex te originem sumpturus est Messias. Sic Deut., 9, 2, ubi in hebræo dicitur: Quis stabit ad facies filiorum Hanach? cum interrogatione; vulgatus interpres latinus per negationem extulit absque interrogatione: *Quibus nullus potest ex adverso resistere.* Itaque mirum non est si hoc loco Matthæi interrogationis nota omittitur. — *In principibus Juda.* Vide dicta ad illud c. 5, Michæe, n. 2, ubi hunc locum explicavimus.

7. *Clam vocatis magis.* Clam vocat, quia Christo insidias parat. — *Tempus stellæ.* *Τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστερος,* tempus quo apparuerat stella, id est, quo illis tempore primum cœpisset apparere.

9. *Ecce stella.* Interim enim dum fuerunt Hierosolymis, conspectu stellæ caruerunt.

11. *Intrantes domum.* Aliqui, præsepe interpretantur; alii in honestiorem et commodiorem locum Christum infantem translatum putant, ut Jansenius et Maldonatus, qui tamen priorem interpretationem communiorem Patrum affirmant. — *Cum Maria matre ejus.* Quod Josephi mentio non fiat, aut casu, quod forte domi non esset, aut mysterio factum est ut Joseph a

12. Et ayant reçu en songe un avertissement de Dieu de n'aller point trouver Hérode, ils s'en retournèrent en leur pays par un autre chemin.

13. Après qu'ils furent partis, un ange du Seigneur apparut à Joseph, et lui dit : Levez-vous, prenez l'enfant et sa mère, fuyez en Égypte, et demeurez-y jusqu'à ce que je vous dise d'en partir : car Hérode cherchera l'enfant pour le faire mourir.

14. Joseph s'étant levé prit l'enfant et sa mère durant la nuit, et se retira en Égypte,

15. Où il demeura jusqu'à la mort d'Hérode. Or cette retraite de Jésus arriva afin que cette parole que le Seigneur avait dite par le prophète Osée fût accomplie : J'ai rappelé mon fils de l'Égypte.

16. Alors Hérode, voyant que les mages l'avaient trompé, entra dans une extrême colère : il envoya tuer tous les enfants qui étaient dans Bethléhem et dans tous les pays d'alentour, âgés de deux ans et au-dessous, selon le temps dont il s'était enquis exactement des mages.

17. Alors s'accomplit ce qui avait été dit par le prophète Jérémie en ces termes :

zareth, comme le dit saint Luc, elle serait ensuite revenue à Bethléhem où elle aurait demeuré quelque temps. C'est dans cette maison que les mages se seraient présentés. Mais la tradition paraît contraire à ce sentiment. L'Église a fixé la fête de l'Épiphanie au 6 janvier, c'est-à-dire 13 jours après la Nativité de Notre Seigneur; et à Bethléhem, à sept pas à côté de la grotte de la Nativité, est une autre petite grotte, dans laquelle on dit que la sainte Vierge a placé l'enfant Jésus entre un âne et un bœuf, lorsque les bergers et les mages sont venus l'adorer.

16. *Occidit omnes pueros.* Ce massacre n'a rien d'étonnant, de la part d'un roi qui fit mourir ses propres fils, et à une époque où le sénat de Rome décrétait que l'on mettrait à mort tous les enfants qui naîtraient l'année où les oracles sybillins annonçaient la naissance d'un roi. Macrobe rapporte qu'Auguste, connut ce massacre des enfants de Bethléhem en même temps que celui des enfants d'Hérode, et qu'il se contenta de dire qu'il aimerait mieux être le pourreau d'Hérode que son fils (Macrobe, *Saturnal.*, lib. II, cap. IV). Le docteur Sepp a calculé le nombre des enfants qui avaient été égorgés à Bethléhem et dans les environs, et il suppose qu'il ne dut guère dépasser 70. Ce nombre nous semble cependant bien restreint (Sepp, *Vie de Notre Seigneur Jésus-Christ*, tom. I, pag. 13).

magis non inveniretur, ne forte Christi patrem putarent. Nam pastores puerum cum Joseph et Maria invenerunt, Luc., 2, 16. — *Thesauris.* Thecis et vasis in quibus munera habebant reposita. — *Obtulerunt.* An singuli tria hæc, aut singula singuli, incertum est. Singulos tria obtulisse probabilis videtur. In est hisce donis sua mystica significatio, quam Juvencus, presbyter a D. Hieronymo laudatus, hoc versiculo comprehendit :

*Thus, aurum, myrrham, Regique, hominique, Deoque
Dona ferunt.*

12. *Responso accepto.* Apparet eos Deum consuluisse an ad Herodem redire deberent. — *In somnis.* Per angelum, ut versiculo sequenti.

13. *Surge, et accipe.* Ἐγερθεὶς παραλαβε, *expergefactus accipe*, id est, expergiscere statim et accipe.

14. *Qui consurgens.* Ο δε ἐγερθεὶς, *ille vero expergefactus*, id est, cum statim post visum evigilasset. — *Nocte.* Credibile est prope fuisse carnifices, quando de nocte fugere jubetur. Fugerunt autem non ex Bethléhem, nec ex Jerusalem, sed ex Nazareth, quæ erat in Galilee, ut perspicuum est ex Luc., 2, 39.

15. *Usque ad obitum Herodis.* Quanto tempore Christus fuerit in Ægypto incertum est : alii volunt ibi septem annos hæsisse, alii tres. — *Ut adimpleretur.* Particula *ut* hoc loco non videtur causam, sed eventum significare, ut multis aliis Scripturæ locis, infra, c. 4, n. 14; Joan., 9, 39; I. ad Corinth., 11, 19, etc. Nec enim propterea fugit in Ægyptum, ut prophetia adimpleretur, sed cum vitandi Herodis causa eo fugisset, factum est ut prophetia impleteretur. — *Ex Ægypto vocavi.* Locus hic ad litteram de Israël quem Deus filium suum primogenitum appellat. Exod., 4, 22, et de Christo intelligitur. Vide dicta Osée, II, 1. — *Vocavit.* Ut rediret e terra Ægypti.

16. *Mittens.* Satellites suos. — *A bimatu et infra.* Id est, qui nondum duos annos explesent. — *Secundum tempus quod exquisierat a magis.* Tempus hoc computans ab eo tempore quo stellam apparuisse a magis didicerat, et eos omnes interfici jubens, qui toto biennio ante apparitionem stellæ nati essent. Nam post stellam visam infantem regem natum non arbitrabatur : spatium vero ante apparitionem stellæ amplum constituit, ne, si forte infans, quem querebat, major esset mole corporis, quam pro ætate, elaboretur. Adde magos quidem dixisse quando vidissent stellam quæ natum indicarat infantem, quando autem infans natus esset, nec dixisse, nec fortasse scivisse.

12. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

13. Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi : futurum est enim ut Herodes quarat puerum ad perdendum eum.

14. Qui consurgens, accepit puerum et matrem ejus nocte, et recessit in Ægyptum.

15. Et erat ibi usque ad obitum Herodis : ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem : a Ex Ægypto vocavi filium meum. [a Osee. 11. 1.]

16. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a magis, iratus est valde : et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, et in omnibus finibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a magis.

17. Tunc adimpletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem :

18. a Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus : Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt. [a Jer. 31. 15.]

19. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto,

20. Dicens : Surge, et accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israël, defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.

21. Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israël.

22. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire et admonitus in somnis, recessit in partes Galilææ,

23. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth : ut adimpleretur quod dictum est per prophetas : Quoniam Nazareus vocabitur.

18. *Vox in Rama audita est.* Sur les collines voisines de Bethléhem, on montre des ruines qu'on dit être celles de Rama. Eusèbe, suivant Genesius et le P. Patrizzi, rapporte qu'il y eut un lieu de ce nom près de Bethléhem, mais il me paraît plus exact, dit M^r Mislin, de prendre ce mot hébreu dans le sens de *hauteur*, comme l'a fait saint Jérôme dans sa traduction de Jérémie : *Vox in excelso audita est* (Jer., XXXI, 15). Pourquoi ces enfants sont-ils attribués à Rachel? C'est, répond ce saint docteur, parce que Rachel est ensevelie près de Bethléhem, et qu'elle a pris le titre de mère de la terre qui a donné l'hospitalité à son corps ; ou encore, parce que les deux tribus de Juda et de Benjamin se touchaient et qu'Hérode avait ordonné de mettre à mort, non-seulement les enfants de Bethléhem, mais encore de tous les environs (*Les saints lieux*, tom. III, pag. 7-8).

22. *Timuit illo ire.* Le séjour de la sainte famille en Égypte ne fut pas très-long. On ne peut guère supposer qu'il ait duré plus de deux ou trois ans. Hérode le Grand mourut peu de temps après le massacre des saints Innocents. Il eut pour successeur en Judée son fils Archélaüs qui ne régna que neuf ans. Il y eut une sédition au commencement du règne de ce prince. Pour la comprimer, il y eut plus de 3,000 hommes tués dans les portiques du temple, et à la suite de cette révolte, qui eut lieu au temps de Pâques, Archélaüs fit un décret qui obligeait tous les étrangers à quitter la ville sainte. En arrivant à la frontière, Joseph apprit sans doute ces événements, et c'est ce qui l'empêcha de retourner à Jérusalem. Il se rendit alors en Galilée, dans sa petite maison de Nazareth, qui était dans la tribu de Zabulon.

23. *Nazareus vocabitur.* Le mot *flos*, dit saint Jérôme (*Comment. in Is.*, XI, 1), se dit en hébreu *Metzer*, et c'était le nom de Nazareth. C'est le mot qui fut inscrit sur la croix du Sauveur. Le rapprochement que fait ici saint Matthieu avait été sans doute fait souvent pendant la vie de Jésus. Mais il suppose une telle connaissance de la langue hébraïque et de l'interprétation des prophéties, qu'on y a vu une preuve de l'authenticité de ce récit. Car jamais il ne serait venu à l'esprit d'un étranger de faire cette application du texte d'Isaïe.

18. *Vox in Rama audita est.* Totum hunc locum explicavi, Jerem., c. 31, n. 15 : vide ibi dicta.

-20. *Surge, et accipe.* Vide dicta n. 13. — *Defuncti sunt.* Plurale pro singulari. Unus Herodes erat mortuus ; qui tamen querebant animam, id est vitam puero eripere, multi erant, scilicet satellites Herodis.

22. *Recessit in partes Galilææ.* Ubi Herodes Antipas mitioris ingenii quam Archelaus, imperabat.

23. *Ut adimpleretur.* Pro, atque ita impletum est. — *Per prophetas.* Per Isaïam, c. 11, n. 1, ubi Christus dicitur *netser*, id est, *flos*. Hic vero unus propheta satis est ; nam evangelista numerum multitudinis pro singulari hoc loco usurpat, ut cum n. 20 dicit *defuncti*, pro *defunctus*. Sensus ergo est : habitavit Christus in Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per Isaïam prophetam, qui eum *Netser* a Nazareth vocat, cum ait : *Flos de radice ejus ascendet*, id est *netser* vel *nazareus*. Porro Christum Nazareum dici a Nazareth existimat Eusebius Cæsariensis, lib. 7, *Demonstr. Evangelicæ*, c. 1. * Errant qui putant Christum Nazareum appellatum a ritu nazareatus, quem suscepisset ; hoc enim falsum est, cum sciamus eum vinum bibisse, quod tamen Nazareis imprimis erat vetitum.

CHAPITRE III.

Prédication et pénitence de saint Jean. Son baptême. Ses reproches contre les pharisiens et les sadducéens. Baptême de Jésus-Christ.

1. En ce temps-là Jean-Baptiste vint prêcher au désert de Judée.
2. En disant : Faites pénitence, car le royaume des cieux est proche.

3. Car c'est de lui que le prophète Isaïe a parlé, lorsqu'il a dit : On entendra dans le désert la voix de celui qui crie : Préparez la voie du Seigneur, rendez droits ses sentiers.

4. Or Jean avait un vêtement de poils de chameau, et une ceinture de cuir autour de ses reins; et sa nourriture était des sauterelles et du miel sauvage.

5. Alors Jérusalem, toute la Judée et tout le pays des environs du Jourdain venaient à lui.

6. Et en confessant leurs péchés, ils étaient baptisés par lui dans le Jourdain.

7. Mais voyant plusieurs des pharisiens et des sadducéens qui venaient à son baptême, il leur

1. In diebus autem illis venit Joannes Baptista predicans in deserto Judææ,
2. Et dicens : a Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum. [a Marc. 1. 4. Lucæ. 3. 3.]

3. Hic est enim, qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem : a Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini : rectas facite semitas ejus. [a Isaïæ. 40. 3. Marc. 1. 3. Lucæ. 3. 4.]

4. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos : esca autem ejus erat locustæ, et mel sylvestre.

5. A Tunc exibat ad eum Jerosolyma, et omnis Judæa, et omnis regio circa Jordanem : [a Marc. 1. 5.]

6. Et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua.

7. Videns autem multos pharisæorum et sadducœorum, a venientes ad

CAP. III. — 2. *Regnum cœlorum.* En se servant de cette expression pour désigner le règne du Christ, Jean faisait comprendre aux Juifs que son règne n'aurait pas pour but de leur procurer une félicité terrestre, comme ils le supposaient.

3. *Vox clamantis.* Le Précurseur avait été annoncé par Isaïe et Malachie. Pour préparer la voie du Seigneur, il prend la livrée de la pénitence, parce que les péchés ne peuvent être effacés que par là.

4. *Esca autem ejus erat locustæ.* On voit encore aujourd'hui des sauterelles sur les marches des villes arabes. Elles ont jusqu'à 12 ou 15 centimètres de long. On les fait cuire comme des écrevisses et on les fait simplement rôtir sur des charbons ardents.

7. *Multos pharisæorum et sadducœorum.* La Judée était malheureuse. La domination romaine devenait chaque jour plus dure et plus odieuse. On aimait à se reporter aux prophé-

CAP. III. — 1. *In diebus autem illis.* Id est, anno 15. Tiberii Cæsaris, ut patet ex D. Luca. c. 3. initio. — *Venit.* Non ante venerat, quia nondum triginta annos natus erat, antequam etiam nemini sacerdotis, doctoris, aut prophete officio fungi licebat, ut tradunt Hebræi, et ex I. Paralip. 23. 3. colligi putat Maldonatus. — *Joannes Baptista.* Baptista, Βαπτιστης, appellatus est, id est baptizator, vel quod primus baptizare coepit, vel quod Christum baptizaverit. — *In deserto Judææ.* Quod erat inter orientem et septentrionem, citra Jordanem, secundum fluvium. In extrema parte erat Ennon, et Salim, ubi Joannes baptizare solitus dicitur, Joan., 3. 23.

2. *Pœnitentiam agite.* Dolete ob peccata et vitam, * moresque in melius mutata, Deoque per bona opera satisfacite. — *Appropinquavit.* Prope est, scilicet aderat Christus, qui id daret sibi credentibus et obedientibus; et quia ejus fores aperientes erant per Christum, ante quem nullus mortalium in cœlum ingressus est. — *Regnum cœlorum.* Quo in cœlo regnant sancti cum Deo.

3. *Vox clamantis.* Id est, vox clamans, vel vox hominis clamantis, scilicet audietur. Vox hominis palam et libere predicantis, nimirum Joannis, vel per ipsum Dei. — *Parate viam Domini.* Translatio sumpta est ex hominum regem expectantium consuetudine; hi enim, veniente rege, vias complanant, purgant, et, quantum licet, rectas faciunt. Remota metaphora, sensus est : auferre que advenientem possent offendere, scilicet peccata et pravos affectus. — *Semitas.* Vias : est usitata Hebræis ejusdem sententiæ repetitio.

4. *De pilis.* Contextum. — *Zonam pelliceam.* Δερματίνην, coriaceam, qua scilicet ciliciana vestem ex pilis factam constringeret. Talis zona Eliæ, IV. Reg., 1. 8. — *Locustæ.* Non erat cibus immundus apud Hebræos, ut patet ex Levitici, c. 11. De harum esu ait D. Hieronym., lib. 2. adversus Jovin : *Orientalibus et Libyæ populis, quia per desertum et calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est.* Vide Plin., lib. 6. c. 30; et lib. 11. c. 29; Joannem etiam de Barros decade 2. lib. 5. c. 4. — *Mel sylvestre.* Quod silvestres apes in solitudine illa conficiebant. In regionibus enim calidioribus tanta apum copia esse solet, ut cum alvearibus capi non possint, in silvas avolent, et aut in arborum truncis, aut in rupium scissuris mellificent.

5. *Jerosolyma.* Cives Hierosolymæ. — *Omnis Judæa.* Multi ex omni Judææ parte.
6. *Confitentes peccata sua.* Non generatim solum se peccatores esse confitentes : sed etiam sigillatim peccata sua, saltem graviora enuntiantes. Confiteri enim peccata plus significat quam generatim se peccatorem confiteri. Confitentibus satisfactionem innoxisse negat Abulensis, affirmat D. Thomas in c. 11. Epistolæ ad Romanos, et alii.

7. *Pharisæorum.* Pharisei nomen deducitur a radice *parasc*, id est, explanare, explicare.

baptismum suum, dixit eis : Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? [a Lucæ. 3. 7.]

8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

9. Et ne velitis dicere intra vos : a Patrem habemus Abraham; dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. [a Joan. 8. 39.]

10. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

11. a Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam : qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus

dit : Race de vipères, qui vous a appris à fuir la colère de Dieu qui doit tomber sur vous ?

8. Faites donc de dignes fruits de pénitence.

9. Et ne pensez pas dire en vous-même : Nous avons Abraham pour père. Car je vous déclare que Dieu peut faire naître de ces pierres mêmes des enfants à Abraham.

10. La cognée est déjà à la racine des arbres; tout arbre, donc qui ne produit point de bon fruit sera coupé et jeté au feu.

11. Car pour moi, je vous baptise dans l'eau, pour vous porter à la pénitence; mais celui qui vient après moi, est plus puissant que moi, et je

ties qui marquaient la date de la délivrance. On attendait tous les jours le libérateur. C'est ce qui explique cet empressément de la foule au baptême de Jean. Dans cette foule, il distingue les sectes des pharisiens et des sadducéens. Ces sectes s'étaient formées dans les derniers temps au milieu de la décadence de la nation. Les sadducéens ou disciples de Sadoc, étaient des épiciens qui niaient l'immortalité de l'âme et recherchaient toutes les jouissances de cette vie. Ils se recrutaient parmi les grands personnages et les riches. Les pharisiens, plus populaires, affectaient l'austérité des stoïciens, mais ils étaient hypocrites, surchargeaient la loi d'une foule de superstitions, et cachaient de grands désordres sous un rigorisme affecté. Ces deux sectes, qui étaient l'une au bas, et l'autre au sommet de la société, corrompaient la nation, et c'est pour ce motif que Jean leur adresse des reproches si sévères.

9. *Suscitare filios Abraham.* Le P. de Carrières ajoute : Ainsi la crainte de détruire la postérité de ce patriarche, et d'anéantir les promesses qu'il lui a faites, ne l'empêchera point de vous punir.

10. *In ignem mittetur.* Il sera jeté au feu, sans avoir égard, dit la paraphrase, à son origine ou à ses autres avantages. Ainsi, vous ne devez point fonder votre salut sur votre seule naissance, ni sur le seul baptême que vous recevez de moi.

docere; vel potius, ut Epiphanius, lib. 1. Panar. et alii, ab eadem radice *parasc*, quatenus significat dividere et separare, quia pharisæi, doctrina, religione, moribus ab aliis Judæis erant separati, omnibusque eminebant. Sicut ergo doctissimi gentium dicti sunt philosophi, ita doctissimi Judæorum dicti sunt pharisæi, quasi dicas : Separati ob eminentem scientiam et sanctitatem. Qui plura de pharisæis scire volet, consulat Serarium in Triheresio, ab initio et deinceps per multa capita. — *Sadducœorum.* Ita dicebantur quasi justus essent, aut potius quod justos se jactarent (Hebræice enim *tsaddiq*, vocatur justus), aut a Sadoc eorum auctore, ut vult Epiphanius, heres. 14. Fuit hæc una ex sectis Judæorum a Samaritanis prognata, unde cum iis solum Mosis Pentateuchum recipiebant, docebatque non esse resurrectionem, nec angelum, nec spiritum, Act., 23. 8, et consequenter animam esse mortalem. Vide Serar., loco citato a cap. 18, usque ad finem libri secundi. — *Progenies viperarum.* Pessimorum, filii pessimi et venenati; summam enim pharisæorum et sadducœorum malitiam nocentissimo animali comparat, eam præsertim que in calumniandis et quasi mordendis sanctis viris consistit. — *Quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* Admirantis vox est; quasi dicat : Quænam hæc viperarum mutatio est? quisnam vos homines pessimos ad baptismum et pœnitentiam venire docuit? Mira Dei benignitas, qui talem mentem dedit! mira etiam conscientie vis que vos intus damnat, et cogit remedium querere! — *A ventura ira.* Æternam damnationem intelligit.

8. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Ostendite vos non simulate venire ad baptismum. Fructus pœnitentiæ dignos appellat omnia externa signa ex quibus vera animi pœnitentia cognosci potest quale sunt lacrymæ, præteritorum peccatorum detestatio, et bona opera præcedente ntiibus contraria.

9. *Ne velitis dicere.* Nolite contenti et securi esse quod filii sitis Abraham, quasi id vobis satis ad salutem futurum sit. Operibus vobis opus est, et si filii Abraham estis, opera Abraham facite, Joan., 8. 39. — *Potens est Deus.* Deus, qui Adamum ex limo terræ formavit, poterit etiam ex hisce lapidibus filios Abraham suscitare, et sine vobis implere promissionem illi factam de florum multiplicatione et salute. Respicit vocationem gentium, ex quibus Deus, quasi ex rudibus et impolitis lapidibus, filios Abraham, id est, fideles facturus erat. Solent etiam sacre Litteræ lapidibus comparare eos qui lapides colunt; Psal., 113. 8 : *Similes illis sunt qui faciunt ea, scilicet idola aurea, argentea, lapidea.* — *Abrahæ.* Το Αβρααμ, est dativi casus.

10. *Securis ad radicem arborum posita est.* Jam tempus instat quo infructuosa synagoga ficulnea excidenda est; itaque satagite bonis operibus viam vobis munire ad salutem, nec gloriemini ad fiduciam vestram constitutis in lege mosaica aut carceroniis illius; omnes enim prophete et lex usque ad Joannem : post Joannem vero Baptistam regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud, infra, 11. 12; atque ideo bonis operibus insistite; si enim illis carueritis, vos etiam cum matre vestra synagoga excidimini, et peccatorum penas luetis in æternum ignem missi. Hactenus fuistis dilectus populus, multa erga vos indulgentia usus est Dominus, in posterum severius aget; ideo bonis operibus viam vobis ad salutem sternite. Alii, cum D. Athanasio, quæst. 43, *securim* mortem interpretantur, cujus, ut etiam divini judicii illam comitantis, timorem intentet Joannes Baptista.

11. *Ego quidem baptizo vos in aqua.* Ego, qui homo tantum sum, aqua vos tantum baptizo et corpora solum lavo. — *In pœnitentiam.* Ut pœnitentiam agatis, et per eam præparati

ne suis pas digne de porter ses souliers. C'est lui qui vous baptisera dans le Saint-Esprit et dans le feu.

12. Il a le van à la main, et il nettoiera parfaitement son aire : il amassera son blé dans le grenier, mais il brûlera la paille, dans un feu qui ne s'éteindra jamais.

13. Alors Jésus vint de Galilée au Jourdain trouver Jean, pour être baptisé par lui.

14. Mais Jean s'en défendait en disant : C'est moi qui dois être baptisé par vous, et vous venez à moi ?

15. Jésus lui répondit : Laissez-moi faire pour cette heure, car c'est ainsi qu'il faut que nous accomplissions toute justice. Alors Jean ne lui résista plus.

16. Jésus ayant été baptisé, sortit aussitôt hors de l'eau, et en même temps les cieus lui furent

12. *Cujus ventilabrum*. Le van est la loi nouvelle, la doctrine de l'Evangile qui séparera les bons des méchants suivant la manière dont elle sera reçue; l'aire, c'est le monde; le bon grain, ce sont les élus, ceux qui auront observé la loi évangélique; la paille, ce sont les indélétes ou les mauvais chrétiens qui n'ont pas vécu conformément à l'Evangile.

13. *Ut baptizaretur ab eo*. Toute la doctrine et toutes les actions de Jean, dit saint Thomas (3^e Part., quest. XXXVIII, 3), étaient une préparation au Christ, comme il appartient à un ministre et à un artisan inférieur de préparer la matière, pour que l'artisan principal lui donne la forme qu'elle doit avoir. Le baptême de Jean ne contérait pas la grâce, mais il y disposait de trois manières : 1^o par la doctrine de Jean qui portait les hommes à la foi en Jésus-Christ; 2^o en initiant les Juifs au rite du baptême de Jésus-Christ; 3^o par la pénitence, en les préparant à recevoir la grâce du baptême de Jésus-Christ. Le Christ a voulu le recevoir pour prendre lui-même les livrées de la pénitence et pour toutes les raisons que donne Ménochius.

16. *Baptizatus autem Jesus*. On ne saurait dire d'une manière précise, le lieu où Jésus fut baptisé. On croit que ce fut à trois lieues de Jéricho, sur la rive droite du Jourdain, à un endroit où le fleuve est rapide, et par conséquent moins profond. C'était là que les chrétiens allaient en pèlerinage. La tradition veut que les Israélites aient passé miraculeusement le Jourdain au même endroit, lorsqu'ils sont entrés dans la terre promise.

eum recipiatis qui post me venturus est. Monet enim vos baptismum meum, ut quemadmodum aqua corpus abluat, ita vos curetis animos vestros a peccatorum maculis abluere. — *Qui autem post me venturus est*. O de deo meo meo, qui post me venit. Significat enim jam natum esse, et jam adventare. Christum intelligit. — *Fortior me est*. Ισχυροτερος, potentior, majorisque virtutis; ita ut dignus ego non sim ejus calceamenta portare, id est, vel vilissima in re illi servire. — *Ipsae vos baptizabit in Spiritu sancto et igni*. Hic tantum me fortior et major, quia non homo tantum, sed etiam Deus est, baptizabit vos Spiritu sancto et igne, id est, non solum corpora, ut ego, aqua, verum etiam animos vestros effuso Spiritu sancto purgabit, divinoque illo igne inflammabit.

12. *Cujus ventilabrum in manu sua*. Ventilabrum instrumentum est, quo grana in altum projecta ab acerbis et pulvere purgantur. Porro per ventilabrum, judicandi potestas significatur, de qua dicitur Joan., 5, 22: *Neque enim Pater judicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio*. Area Ecclesia est, in qua tritico permixtae sunt paleae et aceres, hoc est, probis improbi. Judex hos ab illis secernet, et flammis gehennae inextinguibilibus addicet.

13. *Ut baptizaretur ab eo*. Cur voluerit Christus baptizari a Joanne, varie afferuntur probabiles causae: 1. ut ipsi hac ratione testimonium de caelo præberetur; 2. ut Joannis baptismo auctoritatem daret; 3. ut ea re ad suum baptismum homines alliceret, et, ut ait Augustinus, *ne gravarentur homines ad Domini baptismum venire, cum non gravaretur Dominus venire ad baptismum servi*; 4. quia, cum baptismus populi fidelis signum et tessera futurus esset, voluit etiam Christus populi hujus princeps et caput illo insigniri, et in hoc fratribus assimilari, quibus in nullo, nisi in solo peccato, debebat esse dissimilis, ut dicitur ad Hebr., 2.

14. *Joannes autem prohibebat eum*. Prohibebat, quia sciebat eum baptismo non indigere; et quia si non indignus baptizari vellet, se tamen, ut illum baptizaret, merito indignum judicabat. — *Debeo*. In græco est, ἔχω ἔγω, id est, *opus habeo*. Scilicet etiam ei Christo mandatore opus erat, nemo enim est sine peccato. An D. Joannes baptismo auctore fuerit a Christis baptizatus, res est incerta. Affirmant Chrysostomus, Hieronymus auctor imperfecti, Euthymius et Theophylactus.

15. *Sine modo*. Modo, cum nondum sum descensus Spiritus sancti et voce de caelo missa Christus declaratus, non tanquam Christus, sed tanquam unus de cæterorum hominum numero homo privatus accedo; ideoque non debes recusare mihi, quod major te sim, baptismum ut cæteris impendere. — *Decet*. Quamvis necessarium non sit, tamen convenit. — *Implere*. Nihil prætermittendo, non solum ex iis que necessaria, sed etiam ex iis que factu utilia et decora sunt. — *Omnem justitiam*. Quidquid sancti viri virtuti et officio consentaneum est, etiam sinon facere culpa careat. — *Dimisit*. Non ultra prohibuit, sed baptizavit.

16. *Aperti sunt ei caeli*. Non re ipsa, sed apparitione. Quod dicitur ei, non est existimandum eum tantum vidisse caelos apertos, cum aliis etiam apertos visos fuisse credendum sit; sed significatur illius causa patuisse. — *Vidit*. Christus, et etiam Joannes. — *Sicut colum-*

non sum dignus calceamenta portare : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, et igni. [a Marc. 1. 8. *Luce*. 3. 16. *Joan*. 1. 26. *Act*. 1. 5.]

12. Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

13. a Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. [a Marc. 1. 9.]

14. Joannes autem prohibebat eum, dicens : Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me ?

15. Respondens autem Jesus, dixit ei : Sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum.

16. a Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua : et ecce aperti

sunt ei caeli; et vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se. [a *Luce*. 3. 22.]

17. a Et ecce vox de caelis, dicens : Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. [a *Luce*. 3. 35. *II. Petr*. 1. 17.]

ouverts, et il vit l'Esprit de Dieu qui descendit en forme de colombe, et qui vint se reposer sur lui.

17. Et au même instant on entendit une voix du ciel qui dit : Celui-ci est mon Fils bien-aimé, en qui je me plais uniquement.

CHAPITRE IV.

Jeûne et tentation de Jésus. Il se retire en Galilée et fixe sa demeure à Capharnaüm. Sa prédication. Vocation de Pierre et d'André, de Jacques et Jean. Miracles de Jésus.

1. a Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu ut tentaretur a diabolo. [a Marc. 1. 12. *Luce*. 4. 1.]

2. Et cum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit.

3. Et accedens tentator dixit ei : Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.

1. Alors Jésus fut conduit par l'Esprit de Dieu dans le désert pour y être tenté par le diable.

2. Et ayant jeûné quarante jours et quarante nuits, il eut faim ensuite :

3. Et le tentateur s'approchant, lui dit : Si vous êtes le Fils de Dieu, commandez que ces pierres deviennent des pains.

CAP. IV. — 1. *Ductus est in desertum*. Ce désert est à une petite lieue de Jéricho, dans une des hautes montagnes qui sont les plus avancées du côté du Nord. C'est, dit le P. Nau, un des plus effroyables lieux qu'on puisse voir. Vous y avez devant les yeux une grande montagne dont le bas est un abîme profond; elle présente une façade de rochers escarpés, qui s'ouvrent en plusieurs endroits, et forment des grottes de différente grandeur. Celle où Jésus s'est retiré ressemble à un petit cabinet presque carré, de douze à treize pieds de diamètre, avec une voûte naturelle fort élevée. On voit dans le fond un creux, et comme une espèce de niche où le Seigneur faisait, dit-on, ses prières. De ces grottes on découvre un vaste pays, les campagnes de Jéricho, et une grande partie du cours du Jourdain qui les sépare des grandes plaines des Moabites. Cette montagne s'appelle la montagne de la Quarantaine.

3. *Et accedens tentator*. Le démon parla au premier homme dans un jardin de délices, et le séduisit par la sensualité et l'orgueil (Cf. Gen., cap. III). Il trouve l'Homme-Dieu dans un désert qui est l'image de la nature maudite, et il essaie de le tenter de la même manière. Mais Jésus s'est préparé au combat par un jeûne de quarante jours, qui rappelle les quarante jours de retraite de Moïse sur le Sinai avant la promulgation de la loi ancienne, les 40 années passées par les Juifs dans le désert, les 40 jours de pénitence qui achevaient la sanctification d'Elie sur le mont Horeb. Fortifié par le jeûne, il répond aux trois attaques que lui livre le démon par les témoignages de la loi, et non par la puissance de sa vertu, afin, dit saint Thomas (3^e q., XLI, art. IV, 6) d'honorer par là davantage l'homme, et de punir aussi plus fortement son adversaire, en faisant vaincre l'ennemi du genre humain, non par Dieu, mais en quelque sorte par l'homme lui-même. (Cf. sur ces tentations, Bossuet, *Élévations*, 23^e semaine, élevat. 3 et 4.)

bam. Non vera columba fuit, sed illius species. Quidam tamen veram fuisse putant, quod est minus probabile. — *Venientem super se*. Itaque impletum est quod de Christo per Isaiam dictum est, c. 11. n. 2: *Requiescet super eum Spiritus Domini*; et c. 61. n. 1: *Spiritus Domini super me*, etc.

17. *Filius*. In græco est cum articulo, ο υιος, id est, *ille filius*, scilicet unicus; singularis, eximie dilectus; quare etiam quod dicitur *dilectus* in vulgata nostra editione, in græco est, ὁ ἀγαπητός, cum articulo; quasi dicat: *Ille dilectus*. — *In quo mihi complacui*. Εν ᾧ εὐδόκησα, ad verbum, in quo placui. Respondet italicæ phrasi qua diceremus: *Nel quale, o del quale mi son compiaciuto, e mi compiacio*, id est, qui mihi singulariter gratus est.

CAP. IV. — 1. *Tunc. Statim*, ut expressit D. Marcus, c. 1, n. 12. — *Ductus*. Græce, ἀνήχθη, subductus, vel abreptus : credibile est non per aera abreptum, ut Habacuc, Dan., 14, 35, quia id evangelistæ non tacuissent, sed ductum, non coactum, sed libentem. S. Marcus habet, *Spiritus expulit eum*, non ut vim illatam Christo, sed ut efficientiam et impulsum Spiritus sancti significaret. — *In desertum*. Nimirum Judææ, de quo diximus superiori c., n. 1. — *A Spiritu*. Sancto. — *Ut tentaretur a diabolo*. Ut cum dæmone congredieretur, et ab illo tentationibus appeteretur, possetque dicere: *Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam*. Joan., 14, 30.

2. *Quadraginta diebus, et quadraginta noctibus*. Nihil omnino cibi capiens toto illo temporis spatio. — *Postea esuriit*. Indicat ante evolutum quadraginta dierum spatium non esurisse. Esuriit autem, ut, ostendens se hominem esse, timido hosti, et tanquam Deum agredi non audenti, ad impugandum animus adderetur.

3. *Accedens tentator*. Auctores passim putant eum forma corporea et humana accessisse et quia multa est cum Christo collocutus, et quia se adorari voluit. — *Tentator*. Ο παράγων, id est, *ille tentator*, scilicet diabolus. — *Si Filius Dei es*. Quasi dicat: Quandoquidem Filius Dei es et potens, ne famem patiaris; cum aliunde cibus non suppetat, jube ut lapides hi panes fiant.